et pedes, tamen ideo nihil profecimus, ut nondum fundamenta jecerimus ejus aedificii, cujus fastigia expectantur, sed haec alias, auxit meam miseriam hoc vere puerilis morbus pustularum, vulgo [illegible] vocant, his mihi convictores 5 jam afflicti fuerunt, et reliqui (ut opinor) hoc malum non evadent, fuit inter alios et Brassii filius, cui jam incipiunt fugari et exuere morbum in morbo. solerem non ita nihil pati, in desse ad necessitatem et solatium, sed morbos prohibere aut adimere pro meo arbitratu non possum, amo eos et curo ut filios, nihil possum amplius. Curant autem pueros noster Magister homo elegantissimus, noster paedagogus vester Dionysius, adolescens optimus, duae ancillae, his adde me, meam sollicitudinem et uxoris, plane totus sedes quot pueri fuerunt, nec querelas declinabimus, si nos excreveris. Vale. Saluta M. Martinum et viduam, Nicolaum Gaudinium etsi apud te est, tuam piissimam conjugem. Duisburgi 26. Maij 1561.

17.) M. Martino Bernero. Emde

Pax Christi.

[Ehnor. a. ? Nr. 97]

Meis verbis vobis salutem dicturus erat D. Petrus familiaris vester, sic soles temporis angustiis exclusus eadem (quod ajunt) fidelia duas parietes dealbare. Verum cum Geldorpius adolescentem hunc jam accinctum opera manu retardasset, nolui negligere occasionem scribendi ad te pauca de iis, quae scire te non minus mea interest quam tua. Sunt familiaria pueris praesertim verno tempore quaedam exanthemata, quas Plinius papulas appellat. id genus morbi his diebus nonnihil nos afflixit. Laborarunt eo 3. aut 4., verecunde ut in plures serpat, in iis fuit et Brassius vester. Non sunt mortes metus in eo morbo, potissimum nisi sordes sint, sed curatio subinolesta propter

deformitatem, et plerique pueri sunt ita delicati in morbis et difficiles, ut eos malis uno mense sanos pascere, quam aegros diebus septem. Ego autem ex consuetudine longa huius aerumnae scholasticae duratum, paratus sum, ut facile vastare et perpeti omnes incommoditates possim. Querela non ea qua me contristant, ad quas soles Egberti pronior esse, quam mea erga eum fides et diligentia meretur. Eius pustulae jam pridem erupuerunt et siccari incipiunt, et post triduum aut quatriduum sanatus erit, spero, ditiusque sit ad conficiendas actiones. Spondeo certe Deo ore et in cultu ingenii et in cura corporum ea facta, cum constanter, qua mea medicinis fuerint, confe- qui ~~possunt~~ sunt, aliquid boni constat mihi, quod me disciplinae quibusdam quasi vinculis liberaliter profecto sed tamen moderate et sub norma legis Dei continere contendo, qua sine res non esset digna juventuti, nisi jam eo res redisset, ut nemo audeat quemquam, sed omnes sibi omnia concedenda esse arbitrentur. Vale. Videas fac ut semper sit mihi Egbertus et ceteri tanquam filii commendati.
27. Maij 1561.

Johannes Molanus.

M. Cornelio Frisio. Emdae 18.)

Pax Christi.

Eruditus vir D. Geldorpius Scholae nostrae Rector [= Arch. Nr. 7: Nr. 98] voluit me de rerum nostrarum statu ad te potissimum aliquid scribere, quem satis noverit valde pronum erga nos et bene volum esse. Quod hoc ego ei feci libentius quod justius juvare vestrorum adolescentum studia habere videar occasionem saepius scribendi ad te, qui mihi eos et olim curandos duceres, et nuper cum revoceres, diligenter commendasti. Sed quid verbis opus est? plerique exprimitiarum difficultatibus eluctari possimus, in flatu deserere et aliquis excipit, deinde tempestas solu-